



22122971



LATÍN
NIVEL SUPERIOR
PRUEBA 1

Martes 15 de mayo de 2012 (tarde)

1 hora 30 minutos

Número de convocatoria del alumno

0	0								
---	---	--	--	--	--	--	--	--	--

INSTRUCCIONES PARA LOS ALUMNOS

- Escriba su número de convocatoria en las casillas de arriba.
- No abra esta prueba hasta que se lo autoricen.
- Traduzca el Texto 1 o el Texto 2 en los espacios provistos. Cada texto vale [175 puntos].
- La puntuación máxima para esta prueba de examen es [175 puntos].
- Se permite el uso de diccionarios en esta prueba.



Traduzca el Texto 1 o el Texto 2.

Traduzca al español la sección del pasaje indicada entre asteriscos. En la página opuesta se encuentra la traducción del resto del pasaje.

Texto 1

Mercurio le cuenta al monstruo Argos un cuento para dormir, sobre el dios Pan y la ninfa Siringe.

690 tum deus “Arcadiae gelidis sub montibus” inquit
 “inter hamadryadas celeberrima Nonacrinas
 naias una fuit: nymphae Syringa vocabant.
 non semel et satyros eluserat illa sequentes
 et quoscumque deos umbrosa que silva ferax que
 rus habet.

* redeuntem colle Lycae¹
 Pan videt hanc pinuque caput praecinctus acuta
 700 talia verba refert” – restabat verba referre
 et precibus spretis fugisse per avia² nympham,
 donec harenosi placidum Ladonis³ ad amnem
 venerit; hic illam cursum inpedientibus undis
 ut se mutarent liquidas orasse sorores,
 705 Panaque cum prensam sibi iam Syringa putaret,
 corpore pro nymphae calamos tenuisse palustres,
 dumque ibi suspirat, motos in harundine ventos
 effecisse sonum tenuem similemque querenti.
 arte nova vocisque deum dulcedine captum
 710 “hoc mihi colloquium tecum” dixisse “manebit”,
 atque ita disparibus calamis compagine cerae
 inter se iunctis nomen tenuisse puellae.
 talia dicturus vidit Cyllenius⁴ omnes
 subcubuisse oculos adopertaque lumina somno;
 715 supprimit extemplo vocem firmatque soporem
 languida permulcens medicata lumina virga. *

nec mora, falcato nutantem vulnerat ense,
 qua collo est confine caput, saxoque cruentum
 deicit et maculat praeruptam sanguine rupem.

Ovidio *Las Metamorfosis* 1.689–694; 698–719

¹ Lycaeus, a, um: licio, perteneciente a Licia

² avius, a, um: remoto, distante, inaccesible

³ Ladon, is: Ladón

⁴ Cyllenius, i: Mercurio



Texto 2**La benevolente actitud de los generales romanos con respecto a Sicilia.**

quare P. Africanus Carthagine deleta Siculorum urbes signis monumentisque pulcherrimis exornavit, ut, quos victoria populi Romani maxime laetari arbitrabatur, apud eos monumenta victoriae plurima conlocaret.

5 * denique ille ipse M. Marcellus¹, cuius in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidem ceteri Siculi² perspexerunt, non solum sociis in eo bello consuluit, verum etiam superatis hostibus temperavit. urbem pulcherrimam Syracusas – quae cum manu munitissima esset, tum loci natura terra ac mari clauderetur, – cum vi consilioque cepisset, non solum incolumem passus est esse, sed ita reliquit ornatam ut esset idem monumentum victoriae, mansuetudinis, continentiae, cum homines viderent et quid expugnasset et quibus pepercisset et quae reliquisset:

10 tantum ille honorem habendum Siciliae putavit ut ne hostium quidem urbem ex sociorum insula tollendam arbitraretur. itaque ad omnes res sic illa provincia semper usi sumus ut, quicquid ex sese posset efferre, non apud nos nasci, sed domi nostrae conditum iam putaremus. *

quando illa frumentum quod deberet non ad diem dedit? quando id quod opus esse putaret non ultro pollicita est? quando id quod imperaretur recusavit?

Cicerón, *Verrinas*, *Discurso II*. 2.2.4–5

¹ Marco Marcelo tomó Siracusa en el año 218 a.C. durante la Primera Guerra Púnica.

² Siculi: Sicilianos



